PRECI, ED ORAZIONI,

Che si dicono
nella Venerabile Confraternità
DE' SS. COSIMO, DAMIANO,
FRANCESCO, MORTE,
ED ORAZIONE
della Città di Livorno.
nella quale conservasi il Corpo,
e Reliquie

DI SANTA VIGILIA
MARTIRE

Per impetrare la sua continua Protezione

Contro il Flagello de' Terremoti.

IN LIVORNO (MDCCXXVII.)

Nella Stamper. di Francesco M. Mori Stampat. del S. Offizio. *Con licenza de' Superiori.*

ANTIPHONA.

Peccavimus Domine, & tu iratus es nobis: & non est qui effugiat manum tuam; sed supplicamus, ut veniat super nos misericordia tua: qui Ninive pepercisti, miserere nobis. Sancta Maria, & omnes sancti tui, quesumus Domine, nos ubique adiuvent: ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus, & pacem tuam nostris concede temporibus, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de Cęlis Deus, miserere nobis.

Fili Redemptór mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.
sancta Dei Genitrix, ora
sancta Virgo Virginum, ora
sancte Michael, ora
sancte Gabriel, ora
sancte Raphael, ora
Omnes sancti Angeli, & Archangeli, orate pro nobis.
Omnes sancti Beatorum spirituum ordines, orate
sancte Joannes Baptista, ora
Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate
Sancte Petre, ora
sancte Paule, ora
san-

Sancte Andrea, ora
sancte Jacobe, ora
sancte Joannes, ora
sancte Thoma, ora
sancte Jacobe, ora
sancte Philippe, ora
sancte Bartolomæe, ora
sancte Matthæe, ora
sancte Simon, ora
sancte Taddæe, ora
sancte Matthia, ora
sancte Barnaba, ora
sancte Luca, ora
sancte Marce, ora
Omnes sancti Apostoli, & Evangelistæ, orate
Omnes sancti Discipuli Domini, orate
Omnes sancti Innocentes, orate
sancte Stephane, ora
sancte Laurenti, ora

Sancte Vincenti, ora
Ss. Fabiane, & Sebastiane, orate
Ss. Joannes, & Paule, orate
Ss. Cosma, & Damiane, orate
santi Gervasi, & Protasi, orate
Omnes sancti Martires, orate
sancte Silvester, ora
sancte Gregori, ora
sancte Ambrosi, ora
sancte Augustine, ora
sancte Hieronyme, ora
sancte Martine, ora
sancte Nicolae, ora
Omnes sancti Pontifices, & Confessores, orate
Omnes sancti Doctores, orate
sancte Antoni, ora
sancte Benedicte, ora
sancte Bernarde, ora
sancte Dominice, ora

sancte

Sancte Francisce, ora

sancte Ludovice, ora

Omnes sancti sacerdotes, & Levitæ, orate pro nobis.

Omnes sancti Monachi, & Eremitæ orate

sancta Maria Magdalena, ora

sancta Agata, ora

sancta Lucia, ora

sancta Agnes, ora

sancta Cæcilia, ora

sancta Catharina, ora

sancta Anastasia, ora

Omnes sanctæ Virgines, & Viduæ orate

Omnes sancti, & sanctæ Dei, intercedite pro nobis.

Propitius esto, parce nobis Domine.

Propitius esto, exaudi nos Domine.

Ab omni malo, libera nos Domine.

Ab omni peccato, libera

Ab ira tua, libera

Ab imminentibus periculis libera
A peste, fame, & bello, libera
A flagello terræmotus, libera
A subitanea,& improvisa morte libera
Ab insidijs diaboli, libera
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera
A spiritu fornicationis, libera
A fulgure, & tempestate libera
A morte perpetua, libera
Per mysterium sanctę incarnationis tuę, libera
Per Adventum tuum, libera
Per Nativitatem tuam, libera
Per Baptismum, & sanctum jejunium tuum, libera
Per Crucem, & passionem tuam libera
Per mortem, & sepolturam tuā libera
Per sanctam Resurrectionem tuā libera
Per admirabilē ascensionē tuam libera

Per advētum spiritus sancti paraclyti, libera
In die Iudicij, libera
Peccatores, te rogamus audi nos
Ut nobis parcas, te rog.
Ut nobis Indulgeas, te rog.
ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rog.
ut Ecclesiam tuam sanctam regere, & conservare digneris, te rog.
ut Domnum apostolicum, & omnes Ecclesiasticos ordines, in sancta religione conservare digneris, te rog.
ut inimicos sanctę Ecclesiæ humiliare digneris, te rog.
ut Regibus, & Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare digneris, te rog.
ut cuncto populo Christiano pacem, & unitatem largiri digneris, te rog.
ut

ut Turcarum, & Hereticorum conatus reprimere, & ad nihilum redigere digneris, te rog.
ut nosmetipsos in tuo sācto servitio cōfortare, & cōservare digneris te rog.
ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas, te rog.
ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rog.
ut animas nostras, fratrum propīquorū, & benefactorū nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rog.
ut fructus terræ dare, & conservare digneris. te rog.
ut omnibus fidelibus defunctis requiem eternam donare digneris, te rog.
ut nos exaudire digneris, te rog.
Filj Dei, te rog.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

agnus

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos,

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster. *secreto*.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

Psalmus. 45.

DEus noster refugium, & virtus: adiutor in tribulationibus, quę invenerunt nos nimis

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.

sonue-

Sonuerunt, & turbatæ ſunt aquæ eorũ: conturbati ſunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: ſanctificavit tabernaculum ſuũ Altiſſimus

Deus in medio ejus non commovebitur adiuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: & ſcuta comburet igni.

Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus: exaltabor in gentibus, & exal-

exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiſcum; ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Gloria Patri,& Filio,& Spiritui Sãćtó,&

℣. Salvos fac ſervos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis,

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Domine non ſecundum peccata noſtras facias nobis.

℟. Neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.

℣. Sanćtus Deus, Sanćtus Fortis, Sanćtus Immortalis.

℟. Miſerere nobis.

℣. Qui commoves terram de loco ſuo.

℟. Et columnæ ejus concutiuntur.

℣. Qui

℣. Qui eſtendis Aquilonē ſuper vacuum

℟. Et appendis terram ſuper nichilum

℣. Qui appēdis tribus digitis molē terre

℟. Et libraſti in pondere montes, & colles in ſtatera.

℣. Tu es Domine faciens cœlos ſolus.

℟. Stabiliens terram, & nullus tecum.

℣. Fundaſti terram, & permanet.

℟. Quoniam omnia ſerviunt tibi.

℣. Exaudi Domine ſupplicum preces.

℟. Et confitentiū tibi parce peccatis.

℣. Exurge Chriſte, adiuva nos.

℟. Et libera nos propter nomen tuum.

℣. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto

℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Salvum fac populum tuum Domine.

℟. Et benedic hæreditati tuæ.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

℣. Gregē tuū Paſtor æterne nō deſeras.

℟. Sed per Beatos Apoſtolos tuos, continua defenſione cuſtodias.

℣. Adiutor noſter, & liberator noſter es tu.

℟. Domine ne moreris.

℣. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.

℟. Quemadmodum ſperavimus in te.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

DEus refugium noſtrum, & virtus, adeſto pijs Eccleſiæ tuæ precibus. Auctor ipſe pietatis, & preſta: ut intercedente glorioſa, & beata ſemper Virgine Maria, cum beatis Apoſtolis tuis Pe-

Petro, & Paulo, & omnibus Sanctis, quod in præsentibus necessitatibus fideliter petimus efficaciter consequamur.

O *Mnipotens sempiterne* Deus, *qui respicis terram, & facis eam tremere parce metuentibus, propitiare supplicibus: ut cujus iram terræ fundamenta concutientem expavimus, clementiam contritiones ejus sanantem jugiter sentiamus.*

P *Arce Domine, quæsumus, parce populo tuo, & nullis jam patiaris adversitatibus fatigari, quos pretioso Filij tui Sanguine redemisti.*

P *Ræsta quæsumus, omnipotens* Deus, *ut nullis nos permittas perturbationibus concuti, quos in Apostolicæ confessionis petra, solidasti,*

D *Eus, qui Ecclesiam tuam, Beati Francisci meritis fœtu novæ prolis*

lis amplificas, tribue nobis, ex ejus imitatione terrena despicere, & Cœlestium donorum semper participatione gaudere.

Deus qui fundasti Terram super stabilitatem suam, per intercessionem Sanctę VIGILIÆ Martiris tuę periculis penitus amotis, divinę tuę iracundię terrores, in humanę salutis remedia converte, ut qui de Terra sunt, & in Terram revertentur, gaudeant, sè fieri sancta conversatione cęlestes.

Concede quæsumus Domine famulis tuis, ut, qui Beatæ Julię Virginis, & martyris commemorationem colimus, virtutem quoque passionis imitemur.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella

gello tuæ iracundiæ; quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

INeffabilem nobis Domine miſericordiam tuam clementer oſtende; ut ſimul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur eripias.

OMnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Pontifici noſtro N. & dirige eum ſecundum tuam clementiam in viam ſalutis æternæ: ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEus, à quo ſancta deſideria recta conſilia, & juſta ſunt opera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem: ut & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla.

De-

DEus, cujus providentia in sui dispositione non fallitur, te supplices exoramus, ut noxia cuncta submoveas, & omnia nobis profutura concedas. Per Christum Dominum nostrum ℟. Amen.

℣. Exaudiat nos omnipotens, & misericors Dominus.

℟. Et custodiat nos semper. Amen.

DILETTISSIMI IN CRISTO.

SAremo contenti di recitare divotamente tre Pater noster, tre Ave Maria, ed un Gloria Patri, a riverenza di S. VIGILIA Martire; perche colla sua protezione ci liberi dal flagello de' Terremoti. *Pater noster.*

OREMUS.

DEUS qui inter cætera potentiæ tuæ Miracula etiam in sexu fragili

gili Victoriam Martyry contulisti, concede propitius, ut qui Beatæ VIGILIÆ Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur, Per Christum Dominum nostrum. Amen.

FINIS.